

# ORATIO CONTRA OMNES, TUNC MALEFICORUM, TUNC DAEMONEM INCURSUS

Qui Verbum Caro factum est, et in Cruce affixus, sedensque ad dexteram Patris, ut credentium exaudit preces, ille per Suum Sanctum Nomen, cui omne genuflectitur, ac per merita Verginis et Matri eius, necnon per preces omnium Sanctorum et Sanctarum Dei, praeservare ad omni Maleficorum, ac Daemonum incursu dignetur, qui in unitate perfecta, vivit et regnat.

Ecce Domini nostri Jesu Christi, in qua salus, vita et resurrectio nostra, confusio omium Maleficorum, ac Daemonum, fugite ergo partes adversae; Nam ego conjuro vos Daemones infernales, et spiritus malignos, cujucumque generis, ita praesentes sicut absentes, quomodcumque, et sub quocumque praetextu, aut vocatus, aut invocatus, aut sponte, aut missos, seu per incantationem, seu per artem malorum hominum, aut mulierum, praeparatus ad habitandum, vel molestandum, quatenus remota Diabolica fraude incontinenter abeatis per Deum vivum, verum, Sanctum, Parem Filium et Spiritum Sanctum, praesertim per eum Qui in Isaac est immolatus, in Joseph venundatus, in agno occisus, in homine crucifixus; in cuius sanguine vicerunt vos, quando Michael pugnavit vobiscum, et fecit victoriam recedere, appropinquantes, retrocedite, nec valeatis sub quocumque praetextu molestare Creaturam istam, nec in corpore, nec extra corpus, nec per visionem, nec per terrorem, neque de die, neque de nocte, nec dormiendo, nec vigilando, nec comedendo, nec orando, nec aliquid naturale, aut spirituale faciendo; aliter vobis infundo omnis maledictiones, excommunicationes, et poenas tormentorum, detrusis in stagum ignis et sulphuris, per manus inimicorum vestrorum, Sancta Trinitate jubente, Michaele Archangelo exequente.

Nam, si tenemini aliquo vinculo praecepti, odorationis, suffumigii, innodationis, artis et facturis, ad quemcumque perversum finem, et effectum compilato, et fabricato, sive in Herbis, Verbis, Lapidibus elementalibus, sive naturalia sint, sive simplicia, aut mixta, temporalia, aut spiritualia, aut Sacramentalia, aut in nominibus magni Dei, aut Angelorum, sive in characteribus, horis, minutis, diebus, anno, mense, superstitione observato, cum pacto expresso, aut tacito, etiam in juramento firmato: omnia illa irrita, annullo, destruo per potentiam Patris, qui totum Mundum creavit, per Sapientiam Filii Redemptoris, per bonitatem Spiritus Sancti, qui totam legem adimplevit, qui est erat venturus est, Hel Heloym Sother Emmanuel Sabaoth Agia Tetragrammaton Onnipotens Agios Athanatos Sother Jehova Alpha et Omega pricipium et finis, Extinguatur ergo in Creatura ista, et fugetur omnis virtus Diabolica, per delationem Sanctissimae Crucis, invocationemque Angelorum, Archangelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum, nec non B. Virginis, et omnium in coelo regnantium cum Agno occiso ab origine Mundi: et bene viventium in Ecclesia Sancta Dei.

Recedite ergo, et sicut sumus jecoris piscis combusti, dictante Raphaele, spiritum a Sara fugavit, ita benedictiones istae expellant vos, ut non audeatis accedere ad hanc Creaturam insignitam Signo Sanctae Crucis, per millenaria centum: quia mandatum meum non est meum, seu ejus qui missus est a Sinu Patris, ut opera vestra destrueret, et in ara crucis destruxit, nobisque talem dedit potestatem, ad gloriam suam, et utilitatem fidelium, vobis imperandi prout imperamus, ut non audeatis accedere, per Chistum Dominum Nostrum. Ecce Crucem Domini, fugite partes adversae, vicit Leo de Tribu Juda, radix David, Alleluja, Alleluja, Alleluja. Amen. Fiat, Fiat.